





Cometes

QVI APPA

RVIT ANNO CHRISTI

clō. lō. LXXVII. MENSE NO-

VEMBRI, CARMINE

DESCRIPT.

à

IOACHIMO MEISTERO

COGN: GORL:



GORLICII

Excudebat Ambrosius Fritsch.

*Anno*

---

M. D. LXXVIII

AMPLISS.  
NOBILITATE GENERIS  
ANTIQ. SAPIENTIA, DOCTRINA,  
VIRTUTE, AVTORITATE,  
CONSILIO PRAE-  
STANTISS.  
VIRO

*DN. ELIAE MELCERO COGNOMENTO*  
*ESCHLAVVERO, IN REP. GORLICENSI*  
*VIRO CONSVLARI*  
*SCRIB.*

*VETERIS AMORIS ET FAMILIARIT.*  
*ERGO*

*IOACH. MEIST.*  
*COG. GORLIC.*



2277781

# COMETES.



Iubar inuisum terris, mortalibus omen,  
Crine mirax, coma feralis diffusa Cometæ:  
O utinam candente polo suprema refulgens  
Nunquam mortales hebetares lumine visus.

O tuba, nec mortale sonans, sub nube secuta  
Ferret opem rebus: celsiq; ad sidera cali  
Agmina sanctorum lato clangore vocaret.  
Namq; retro dum cuncta ruunt, sperare salutem  
Afflictis non est rebus. Procul aspice molem  
Bellorum, toties atris quâ cadibus auctus  
Sanguine spumanti crudelis Sequana fluxit.  
Scalde non fraudes & operta tumescere bella  
Sensit egens opis? & cornu polluta cruento  
Flumen agens, Neræi taciturnis oculit antris?  
Parrhisij scelus, an maius vidère Bataui?  
Hostis an auderet capta crudelius vrbe?  
Pannonis infestis concurrere praelia signis  
Et tantos fleuit polluta pace tumultus.  
Arces non eadem ferro, & popularier vrbes,  
Et preedas, largos miscens singultibus imbres,  
Atq; comas vellens, & tundens pectora palmis,  
Obstupefacta malis sub duro pertulit hoste?  
Hec quianam crudo Thrax seuus acynace cedit  
Colla secans, ferroq; ruens impune bipenni  
Limitem agit, quâ Teutonicas ruat acer in oras.  
Ecce etiam Gedani cinctam obsidione premebat  
Arctæ urbem, telis instans & fulmine Mauors  
Horrifico, cum ciue gerens immitia bella:  
Dum populat flammis illhinc, hinc fulminat ense  
Oppidag;, atq; agros vacuans cultoribus hostis.

Quid memorem fuso toties sudasse cruore  
Littora? sanguineaſq; gelu riguisse pruinis?  
Sarmatico quas calcaret grauis ungula cornu.  
Turunti quã fracta mari sese agmina voluunt:  
Vndaq; barbarico toties iam pota caballo.  
At non ambitio preceps, fraus, impius error,  
Auri sacra fames, pugnandi dira cupido,  
Et furor & rabies Erebi: bella horrida bella  
In cœtu mouère DEI? mouère tumultus?  
Eheu bella magis tanto nocitura per auum,  
Quanto vis anima mortali corpore maior.  
Vandalus has ausus primum detexere fraudes,  
Ambitione furens tibi Leucori prœlia fecit.  
Prælia quæ nunquam superas audita per oras:  
Sub Styge sed fœtis fundens Nox edidit antris.  
Hinc paſſim horribili volitantia murmure, acerbùm  
Millia cartarum, crassa contexta Minerua  
Aut odijs, aut immani saturata veneno:  
Non homines, supra ire feras feritate sueta:  
Non fame vilius, non cassis lumine vita,  
Non animis tenerùm, non Iouæ parcere membris:  
Implerunt strepitu orbem, atq; horrissono vlulatu.  
Accessere artes, nunquam quis vsa Pelasgùm  
Gens instructa dolis: &, quod non barbara turba  
Ausu, nefas: trux siue Scythes, trux siue Gelonus.  
Testis Lene mihi, quã Saxona rura pererrans,  
Aspergis gemino Gottorum mœnia cornu.  
Nil intentatum in me vnum, scelcrisue nefandi,  
Conatusue trucis, factiue immanis, & orsi,  
Gens inimica, doli inuentrix, nil liquit inausum:  
In fontem memè, si turpi crimine, victrix  
Fraude, dolo, insidijs, fame ipsa oblita, deig;:  
Me possit fundo, memè subuictere ab imo.

Atq; adeo ni digna foret, quam nocte tenebra  
 Aeterna premerent, iam dudum nomina verſu  
 Sacra meo legeret, dammans horreret & orbis.  
 Tum ſic diſcedens iurabam, flumine ab imo  
 Lene meas voces, & verba minantia, plena  
 Vlticis flammæ accipiens, caput attollebas  
 E fluuio, in viridi ponens veſtigia ripa.  
 Et fas iuſq; eſto crudeles ſumere pœnas  
 Si quâ vana Deum plusquam furialibus auſis  
 Pœctora, ſecum olim tacito ſub corde voluent  
 Conſilium in caput alterius, vitamq; decuſq;  
 At genitor Stygio ductori fata parabit  
 Humana hac luſtrans ſub imagine qui mouet orbem.  
 Morte iaces obita ſed qui nunc arida puluis  
 Vandale, ſi quis adhuc ſenſus ſuper, aſpice fluctus  
 Aſpice quas pelago commoris ſæue procellas,  
 Aſpice quam iaceant dira percuſa ruina  
 Omnia. Nam quoties quæ circum copia luſtro,  
 Seu quâ Muſarum ſtant ductæ ad ſidera moles:  
 Seu quæ templa ſuas iactant ſuper æthera turres:  
 Turbatiq; duces, deſolatiq; manipli.  
 O immane nefas: Sic pax coit, aurea ruſum  
 Saturni redeunt mentito ſecula fuco.  
 Scilicet vt pacem haud dicit qui legibus aquis  
 Vim ferat, & cogat preſſos ad fœdera pacis:  
 Aut lectus geminos inter diſcernere litem  
 Arbitr, huius agat cauſam, vi tendat in illum:  
 Pace tegat Sclauſi ſololem, turbamq; nepotum:  
 Manibus arma ferat foſſa tellure Philippi.  
 Scita probet, quæ cum nequeat firmare docendo  
 Iam toties victus: ferrum minitetur, & ignes  
 Exilia, & pedicas, & dira ergaſtula, lethum:  
 Si quis contra auſus verbis contendat eundo.

At tua sancte pater scripta aurea, scripta Philippe,  
Ante pedes regum toties ratione putata  
Romane quis texta mitre, sedemq<sub>3</sub>, pedumq<sub>3</sub>,  
Eloquio regnans vicisti, vno omnia contra  
Tela Latinorum scuto decoratus & armis:  
Sancte pater tua scripta ergo, scripta aurea Veri,  
Quae non ensis atrox tulerit, non Martia flamma,  
Non fax Roma tua, & diui patrimonia Petri:  
Scripta suo quae Luterus tantum extulit ore:  
Ergo diue inquam tua scripta inuicta Philippe  
Vandalus, illius aut quisquam vestigia sectans  
Obscura sub nocte premet, manibusq<sub>3</sub> iuuentae  
Excutiet? sua supponens non aurea scripta,  
Scripta Latinorum telis exposita cruentis,  
Scripta alijs toties iam victa, ignota Lutero?  
Eheu quis cladem hanc, quas sit tractura ruinas  
Explicit, aut possit verbis equare dolorem?  
Atq<sub>3</sub> hoc insana mundi suprema senectae  
Sit commissa inter primum: quo vana feratur  
Veri etas, vergatq<sub>3</sub> immuni pondere falsum:  
Inuoluens capita, & nostros caligine natos.  
Caetera quid memorem? diros plebisne furores  
Contemptu sacrum tanto, rerumq<sub>3</sub> magistrum?  
Caedibus & vino, atq<sub>3</sub> inconcessis Hymeneis?  
Efferam primaeue referam quid facta iuuentae?  
Indomitam rabiem longe, & furialia capta.  
Cui neq<sub>3</sub> mos, super aut cultus, mansuescere poenis  
Corda nequit, succos aut imbibere aure salubres:  
Nititur & cunctas fera dedignatur habenas,  
Tam ficti prauiq<sub>3</sub> tenax, quam conscia Veri.  
Ceuteneram culto, primo quae degener ortu  
Rure colit plantam nequicquam cultor agelli:  
Fraxineasq<sub>3</sub> sudes aptat, contemnere ventos

Vi possit, tum falce putat, tum vincula nequit  
Constringens, latitescit, ferens affundit amicos:  
Recta queat si forte caput sustollere cælo.  
Impatiens at cultura, torquetq; recuruos  
Informes nodo ramos, nec vincula curat.  
Quid dicam qua mens alios qua cura docentum?  
Vt usus amicitia quis vinclo pectora iungat?  
Liuor iners regnat, tacito & sub pectore gliscens  
Flamma odij, occulta fraudes, durig; venenum  
Dentis, & admorsa in fama signata cicatrix.  
Pro se quisq; viri cælo capita alta ferentum  
Sic se tollere humo, vulgi & volitare per ora  
Possesse putat: nequeat niti cum viribus audax  
Ingenij, & sumtis cælo contendere pennis.  
Quod si spes retro visa est sublapsa referri:  
Opudor, ignescunt iræ, dolor ossibus ardet  
Et furor, & mixto sœvit insania luctu:  
Nec iam se capit vnda æstus, micat ignis ocellis,  
Scintilla absistunt toto indignantis ab ore.  
Non secus ac superum si quando accitus adoras  
Mулciber it referens sese: fornacibus ignis  
Æstuat Aetnais, atq; obice clausus anhelat:  
Nec se flamma capit, yma ignea lumine lustrans  
Inter opaca micat: donec rupto obice vortex  
Erumpens flammis vrit crepitantibus antra.  
Haud aliter preciosa odia, vltrix flamma, cupido  
Dira, nefas, tacito clausa sub pectore gliscunt:  
Donec opis gnaræ, manifesta luce micantes  
Erumpant, sœvi ventorum turbinis instar  
In caput & famam alterius: versura penates  
Flamma crepat, tenerosq; domo excussura nepotes.  
Atq; hoc vi propria haud nisos, vacuum æthera supra  
Subiectos pennis alienis, iræ potentum

Inflammatæ

Inflammata fero ventosa verberare lingua  
Auxilio iuuat, haud meritis & retia tendit.  
Sic aquilæ quondam nidos, sic celsa secutus  
Limina quæ Iouis in gremio tepida oua relinquens.  
Armigera, in tuto ponens, excluserat ales:  
Cum sonitu circumuolitat sacra tempora diuini  
Patris, & in gremium Scarabeus turpia spargit  
Oua fimo, & grauidæ sordes malus egerit alui.  
At non ille suis celsi super aurea cæli  
Limina, vi propria nisus, contenderat alis:  
Armigera hærentem sub pennis inficia fraudis  
Sustulerat, vacuum longèq; per aëra vectum  
Intulerat, qua nulla olli vestigia, cælo.  
Iupiter attonitus monstris, & tempora quassat  
Atq; sinum excutiens, quos fæctus veste fouebat  
Ah dolor in terram de cælo deiecit alto.  
Eheu spes hominum vanas, infida potentum  
Limina, & ô faciles patuisse loquacibus aures:  
Qui famam alterius defædant crimine falso:  
Vlti odia, & cælo illati rumore secundo.  
Iamq; etiam lambit nostros ea flamma penates  
Et crepat, & rapido subit ad fastigia lapsu:  
At nos nil sonitus memores, memores nihil auræ  
Consulere in medium, ne vis inimica, furorq;  
Et rixæ rabies, & mens malefida, dolusq;  
Dissidia, atq; viam gaudens fecisse ruina  
Ambitio, & quæ seua calumnia pectora rodit:  
Concutiat nostri labefactans culta Lycæi.  
Ceu teneræ si forte fauos, aut frigore mella  
Cogit hiems, calor aut nocuus liquefacta remittit:  
Intus apes opere assiduo, sibi tenuia cera  
Spiramenta linunt, stipatis floribus oras  
Explent, & lentum prætexunt cortice gluten.

At tu qui Martem inuadis, pugnamq; laceſcis  
 Spiculaq; occulto fugientia dirigiſ arcu:  
 Deſine, rixarum iam pridem & fraudis abunde eſt:  
 Reſpicere ignoto diſce & pendentia tergo.  
 Namq; hac nemo tenus ſi laſus carmine noſtro eſt:  
 Poſſe puta: & noſtro veniet de vulnere ſanguis,  
 Crede etiam noſtra ſentiſces ſpicula dextra.  
 Quiſquis erit mecum cæco contendere Marte  
 Auſus, inops rerum, ſeu lautus munere diuûm:  
 Seu cui cura Deûm effigies, & templa tueri:  
 Muſarum ſeu quo deſudet puluere ludi:  
 In quacunq; illum genitor ſtatione locarit:  
 Ibo animis contra vel magnum præſtet Homerum,  
 Seu grauis Andino poſſit contendere verſu.  
 Iam quis cuncta ferat? iuuenes atate feroces  
 Iuratos, ne quis non caſſa in vota vocaret  
 Numina ſancta Iouæ: neu funderet ore ſub auræ  
 Ille ſator rerum docuit quæ fundere vota:  
 Conuerſus ſua per veſtigia dum redit annus.  
 Quin quocunq; pedem forſ Centauræa tuliſſet  
 Turba virûm: ſeu quæ ſuccendat lumina tedis  
 Et nardo caput atq; comas ſtillans Hymenæus:  
 Siue puer ſacro quæ lotus mergat in amme:  
 Si, quos cura patrum ſacrum ad ſolenne vocaſſet,  
 Læticia fremerent: contra mouiſſe tumultus  
 Infeſtiſq; vltro calidos concurrere telis:  
 Et medias inter pateras, mediumq; Lyeum,  
 Solenneſq; dapæ, ferro fudiſſe cruorem:  
 Ludum illis longè fore. Quod ſi rixa, merumq;  
 Conticuſſet, & aſtera conuiuia fronte:  
 Tum vero inſano clamore, furore, meroq;  
 Omnia mixtuſ nullo diſcrimine rerum.  
 Hej probitas, hej priſca fides: quis talia fando

B

SANRO

*Sauromatas inter turbas, inimicag, Iouæ  
 Agmina, quæ gelidus Maometen Hebrus adorat,  
 Audyt, & nostras secum tulit inde per oras?  
 Nec quisquam qui cruda secet dux ulcera ferro  
 Tollens de medio, ne pars sincera trahatur.  
 Venatu inuigilat, rerumq, relinquit habenas,  
 Puppe sedens, clauo affixus, qui tenta per undas  
 Vela regit, celsæ aut sublimis præsidet arcu.  
 Non prohibas, non relligio, non casta Minerva  
 Non cura legesq, forumq, nec improba facta.  
 His nos atq, alijs, quæ ver su dicere longum est,  
 ( Nam vulgata cano, ) tua mollia pectora Ioua  
 Mouimus, & cælo tristes accendimus iras.  
 Ecce micat fax atra polo, fomenta ( Philippi  
 Qui cartas, librosq, premis ) atq, arida circum  
 Nutrimenta loca, rapiens in fomite flammam:  
 Vnde queas lenta monimenta haurire fauilla.  
 Ceu quondam, facti si vera est fama, Prometheus  
 Furto ignem accendit tentans Hyperionis astro,  
 Atq, caua tetulit ferula mortalibus agris.  
 Vt te non maneat tanti mage gloria facti:  
 Quam si non morbi veniant, & turba malorum,  
 Post ignem athereum: sed longè maior agat vis,  
 Tempa, scolas, mentesq, hominum intempesta premat nox.  
 Iam tandem sed Musa facem cane: quoue sub astro  
 Orta ingens, cæli quos inde petiuerit ignes:  
 Namq, potes, nec te celsi super ardua Olympi  
 Vlla Iouis sobolem tacite labentibus astris  
 Ferre pedem si quæ libuit tibi, semita fallit.  
 Iam Sol occidua lapsus se merferat vnda  
 Aemathij aduertens radios Chironis ad astrum:  
 Ecce sub occasum decliui tramite cæli  
 Fax ardere ingens, & mergere sidera flamma*

*Ingenti,*

Ingenti, horrificans animos, & tristia portans.  
 Nam cum prima polo surgens ferus extulit ora  
 Nequicquam haud unquam terris spectata Cometes :  
 Terribili squalore ingens, incendia circum  
 Lata vomens, nostris his sese ostendit in oris.  
 Siue per obtentas nubes, tractusq; fluentes  
 Aëris, humentes visu deciperit orbes :  
 Siue Iouæ imperio uegrandi mole, paratus  
 Ingentes superùm, atq; irarum indixerit æstus.  
 Huic caput haud informe, micans, & splendidula ora :  
 Visa sequi cælo Phæbeæ lampadis ignes :  
 Immensos tractus flammaram, incendia saua  
 Continua, atq; ignis nullo discrimine rupta,  
 Euomere, in roseos & spargere sideris ortus,  
 Obliquo cæli tractu sed vergere ad Austros.  
 Ceu si quando, leui flatu inspirata fauilla  
 Arboris ad truncum cum pastor suscitât ignem :  
 Mox vires sumens antique brachia tædæ  
 Corripit, & spargit tenues incendia in auras.  
 It fumus rectâ ad cælum, crepitante fauilla  
 Flamma ruit rectâ : Boreas violentior vrgens  
 In latus, & socias detorquet flamine pinos  
 Hac facies olli primum : post nubila tandem  
 Post aliquot soles clarum iubar emicat axe :  
 Alta Iouis rutilas distincta coloribus alas  
 Quo plaudens pennis cælo volat ales aperto :  
 Antinoiq; recens astrum miratur, & aram,  
 Indignata suos puero numerarier ignes  
 Principis imperio, & cælum parère Quiriti.  
 Includens spatium hinc laxos breuiore volatus  
 Non iam tot facibus, non crebro fulgurat igne.  
 Parte alia Caper, aurato qui vellere fulget  
 Cornuâq; & frontem ostentans iacet arduus albam.

Corpore sed superans humeros ferus extulit altos  
 Mustus equo Chiron, neruog<sup>s</sup> obuersus equino  
 Spicula caelestum supra iacit aurea templa.  
 Hos inter caelo effulgens, molitur in ortum  
 Inuadens iter obliquus, cui praevia barba  
 Diffusa ventog<sup>s</sup> coma, sparsoq<sup>s</sup> capillo  
 Clara inter tennes ostendit sidera crines :  
 Extremo dextram Ganymedis crine flagellans,  
 Inde viam pandens, secto sibi tramite caeli  
 Quem tenuit, spatium emensus, per terga ferarum,  
 Horribiles visu formas, cum luce cucurrit.  
 Ergo Iouis linguens celeratis cursibus alas  
 Armigeræ, & pueri non claras ignibus aras  
 Pontigenæ, quem Nilus aquis, aut sacra tulere  
 Sacrificum tacito casum Nilotica cultro :  
 Delphini rutilo calatas attigit auro  
 Pinnaq<sup>s</sup>, squamaq<sup>s</sup>, premens stringentibus aureâ  
 Ora comis, assueta undis & mergier alto.  
 Transmittensq<sup>s</sup> dies equantem noctibus orbem  
 A dextra fratrem Assaraci, & quos fundit ab urna  
 Auriferos spectat latices, furtumq<sup>s</sup> Tonantis.  
 Hinc sub equi citus ora volans, tua colla petendo  
 Pegase, per pectus violentos incitat ignes,  
 Plumigeram flammis vrens crepantibus alam.  
 Extreme radios flammæ sensere pudicæ.  
 Andromeda caput & crines : iubare excita mater  
 De sede exiliens voluit restinguere flammæ,  
 Si non vinceta foret : torsit conterrita Cephæus  
 Lumina, & ense ferox tantò post altera Perseus  
 Prælia, & æthereum præsto fore credidit hostem.  
 Sed tandem indomitas posuere incendia vires  
 Languidula cecidere coma, caput intertextum  
 Ignibus & radijs vacuâs exiit in auras.

Carduus in florem teu cum sese induit, amplis  
 Occultans folijs horrentes cuspide spinas :  
 Mox honor atq; come violenti flamine venti  
 Collapsæ sternuntq; solum, flabrog; feruntur.  
 Ergo iter accelerans à salis gurgitis hirco  
 Quem medium tenuit sua cum ferus extulit ora :  
 Troiani currens impuberis exijt astrum,  
 Deucalionæa lymphas qui fundit ab urna :  
 Et penetrans, geminos cursu duo sidera pisces :  
 Pegaseo extinxit percussus sidera calce.  
 Sunt etiam vacuo, vt perhibent, tentoria cælo  
 Fixa super, diuûm sedes, bissena per orbem  
 Signiferum : liceat qua fessos sistere currus,  
 Falciferoue Deûm patri, gnatog; Tonanti  
 Mauortiuæ, Paphig; Dex, Atlantisq; nepoti,  
 Et Phœbæ, & fratri auricomo qui temperat astra.  
 His suctus curru quicumq; penatibus hospes  
 Succedit, fessig; petunt hæc culmina nota  
 Cornipedes rursumq; citi sua limina mutant.  
 Ex his octauum, numero nam cernere fas est,  
 Vitifator gelidis, senioq; tremantibus artus  
 Inuectus bijugis, liuensq; gemensq; tenebat,  
 Qua sese regnans Diuus iactabat in aula.  
 Forte soror Phœbi aduertens niueosq; iugales  
 Candentesq; axes, & leui cornua fronte :  
 A fratre & Maia genito digressa : lacertis  
 Colla petit teneris diui, senioq; rigentes  
 Amplexu molli fouet, & gremio accipit artus.  
 Interea ardescens tantos accenderat ignes  
 Stella facem ducens, eadem fastigia tecti  
 Vulcano lambens superante, atrag; fauilla.  
 Exiluere simul diui, stratig; relictis  
 Quisq; suum est ingressus iter. Sed crine Cometes

Lugubri excedens penetrali è limine, Vates  
Nomina cui Lethi quondam posuere vetusti:  
Religio qua tecta tenet, vigilesq; relucet  
Vestæ ignes, celer excurrens, iam lumine fesso,  
Defecit decimi extinctus sub culmine tecti:  
Terrigenis celsos, qua fors promittit honores  
Et vitæ genus, atq; artes, patriamq;, decusq;  
Vranie cælo nomen quæ ducis ab alto  
Pande futura mihi, fas vatem dicere non est  
Mortalem, cui nulla animo prudentia fati,  
Sic ego: sic contra Vranie decus addita Diuis.  
Signa canam quæ subiectis suprema minantur  
Terricolis, quæ percurrit fax lumine leuo.  
Limina prima ultro posuere sub aquoris hirco:  
Qui latè Gangen infra supraq; feruntur  
Sole colorati, & crispatis crinibus Indi:  
Et quas, Indus agens violento gurgite arenas,  
Amne secans terras fuscis secernit ab Indis.  
Quæq; Arius per plana ruens stagnantibus undis  
Aurifero turgens frontem, secat aquora, cornu.  
Hinc Thraces Rhodopeq; ingens & Strymonis unda  
Et Macedùm latè populi quondam incluta regna:  
Illyriciq; sinus & verso nomine Sclavi,  
Regna Liburnorum, & fontes atq; ora Timai.  
At pucro, quem ludentem Ionis armiger ales  
Idæo rapuit, quondam de vertice tollens:  
Subiecti parent populi, terræq;, fretumq;,  
Sauromatæ, quos potat equus, quos armat in hostem  
Arcusq;, & pharetræ, & falcatus per latus ensis.  
Et quos Caucafeis labens de montibus Oxus  
Irrigat amnis aqua tractus, crescitq; ruendo:  
Et geminus quos claudit agens super agmen aquarum  
Ceruleo gaudens, hinc atq; hinc flumine, Sogdus.

Inde Arabum vasta, & saxis horrentia tesqua,  
 Aethiopumq; solum longè, Blemysq; bifformes :  
 Et quæ deinde vocant Azania regna vetusti.  
 Hic genus humana quod pascit carne, medullaq;  
 Ingluuiem, atq; sitim restinguit sanguine potio :  
 Hic barri saltus & littora vasta frequentant,  
 Hic Coloe, & Zingis, atq; Astapus, Astaborasq;  
 Aequorei vero pisces porrecta tuentur  
 Iugerq;, tractusq; soli, terrasq; iacentes :  
 Quæ Syrtim spectat tellus exusta minorem  
 Atq; illhinc calidas Garamantum attingit arenas :  
 Cynphios saltus latè, & Nasamonica rura.  
 Parte alia, medysq; procul trans æquora Ponti,  
 Taurumq; & Cilicum gentes & flumina Cydni,  
 Pactoliq; aurum, Imoliq; cacumina montis,  
 Mæonia dites terras, opulentaq; regna.  
 Littora Pamphylia quæ marmoris alluit vnda.  
 O utinam has terras tantum, suprema manerent  
 Supplicia, & sceleris pœnas expenderet omnes :  
 Turba Mahemmeten duplici discrimine sectans.  
 Non etiam nostras, clades penetraret, adoras,  
 Germanos, Gallosq; premens, fortesq; Batauos,  
 Et nostro maribus diuisos orbe Britannos.  
 Fallor an hec video latè loca feruere ab atro  
 Igne feri, terra mutantis regna Cometa :  
 Seu quæ Saxonicas perrumpens vertit arator  
 Insectans glebas rastris : quæ iugera læta  
 Tyrigetes arat, & siluis vagus errat in altis :  
 Vicino seu monte ferit quondam acer in armis  
 Egregias Cattus meditatus pectoris artes,  
 Vitiferos seu quæ colles vestiuit Iaccho  
 Pannonis, atq; manu flauentia demetit arua.  
 Hinc ferrum chalybemq; vetus pars Norica mittit,

Illinc

Illinc Heluetiùm mutato nomine sedes.  
 Proxima seu nostris quã surgunt æquora terris  
 Elysiùm culta arua soli, siluæq; nitentes.  
 Seu Senonum prisca sedes, quã serpit Hævelus  
 Qua niger Elyssys deuoluitur Odera ab oris:  
 Vndarumq; auctu fertur & flexibus ingens.  
 Aut etiam inclusus quã circum molibus altis  
 Indignans tumido tollit caput Istula ab amne:  
 Istula Sarmatica longè regnator aquai.  
 His dirum sidus terris, his dira minatur.  
 Nunc que damna ferat paucis aduerte, docebo.  
 Principio color, & liuens in corpore pallor,  
 Saturnum referunt, tantum qui accenderit ignem.  
 Hic adeo læuo subiectas lumine terras  
 Inuisus lustrans, cædes & bella minatur,  
 Exanguis, gelidusq; senex qui sanguine gaudet.  
 Hey mihi quas acies concurrere, quosue tumultus,  
 Quos fluuios fuso spumantes sanguine cerno,  
 Corpora cæsa virum, galeas & voluere tela.  
 Ille etiam infecta succendens aëra flamma  
 Falce metit, strages edens, ferroq; cruento  
 Limitem agit seuus, cumulatq; cadauera dextra:  
 Et rura, & magnas viduans cultoribus vrbes.  
 Strata iacent, non vulnerebus cæsa agmina circum,  
 Membra tument, papulisq; artus & brachia liuent.  
 Eheu sæpe feras pascunt, inhumatq; longè  
 Incestant auras, tabo & correpta putrescunt:  
 Cum qui mandat humo, supremæq; munera castis  
 Luce ferat: non sobrinus, non extet amicus.  
 Cuncta metu vertente atro: non iura, nec ortus  
 Sanguinis agnati, non fas, preciumue, pudorue  
 Admouisse manus, atros secuisse tumores,  
 Fomenta atq; cibos, potumq; parasse coëgit.

*Euoluens*

Euoluens aliquis funestis funera tectis  
Vespillo pradas agit, & fert cuncta rapitq;  
Tantum non vrit subiectis culmina flammis.  
Ceu quondam capta telis vlttricibus vrbe,  
Discurrens sauis per limina miles in armis,  
Pradas raptor agit, ferrumq; in viscera condit:  
Et ni cura ducis inbeat desistere pugna,  
Iam flamma tulerintq; domos, & templa Deorum.  
At non quã Boiũm veteres arat incola colles  
Cechiades: aut Saxonidum stant aggere firmo  
Oppida, aquis fossis, multa munita virũm vr.  
Vidi ego non medica pellentes arte, nec herbis  
Effugisse malum & dirum superasse venenum.  
Saltem haud quod deesset, cum vis incensa medullis  
Peste suum popularet iter, cumq; ignea venis  
Omnibus acta sitis, miseros depasceret artus:  
Pocula qui dextra ferret, laticeq; salubres  
Absistens nunquam, cura morbumq; leuaret.  
Non aliter quam cum premit ardor Sirius herbas,  
Et nimio flores vulgo moriuntur ab aestu:  
Agricola si cura ferens suffundat amicos  
Rores, fontana riuos quos hausit ab vnda:  
Multi qui posuere caput, & lumina letho,  
Tangentes summum sicca tellure flagellum  
Paulatim attollunt sese, tum languida terra  
Colla ferunt, vacuas & surgunt rursus in auras.  
Praterea malesuada fames, penuria rerum  
Saturno sata: pallentes vix sustinet artus.  
Illa trahit secum comites, periuria, furta  
Euersumq; decus, duris immobile saxis  
Pectus, & ô miserũm miserescere nescia corda,  
Et cades, & non vsquam exaudita, scelestũm  
Flagitia & natos laniatos dente parentum.

C

Parte



Parte alia ardentefq; preces, nec cassa per auras  
 Vota Deum, & plenis cumulata altaria acerris:  
 Omnibus in templis matrum chorus, omnibus altæ  
 Ad cælum voces, geminaq; ad sidera palma.  
 Quin nos vota Deo, primo soluamus Eoo,  
 Oceani seu cum properat se mergere pronus  
 Vesper aqua: prius obscæno quam lurida vultu  
 Nostra fames sese insinuans in pectora condat.  
 Artus aut populet pestis, aut oppida Bellum.  
 Atq; hæc terribiles pœna, quas pagina vatum  
 Inspirata canit, metuit praeq; omnibus vnas:  
 Tres dira vltices, irarum fluctuat aestu  
 Cum Ioua, quas cælo terras demittit ab alto.  
 Quid memorem Aeolios effracto carcere ventos  
 Inter se paribus cælo concurrere pennis:  
 Incubuisse mari, totumq; à sedibus imis  
 Vnâ Eurumq; ruisse Notumq;, atq; agmine facto  
 Disiectas pelago flabris egisse carinas.  
 Hic plenam rapidus nauim vorat equore vortex:  
 Illhinc in scopulos urget Syrtimq;, Charybdimq;  
 Illiditq; vadis & littore frangit aperto:  
 Turba virum tabuleq; natant, & nautica gazæ  
 Parte alia toto profligant equore puppes,  
 Eoasq; domos Arabum, Nabathæaq; regna  
 Vltrâ flabra ferunt: dextra trans littora Thules,  
 Et pontum glaciè concretum: vbi montibus ignes  
 Auditq; agri gemitus, tractaq; catena,  
 Verberaq; infernas referunt penetralia sedes.  
 A leua extremas inuenti nuper ad oras  
 Orbis, vbi ignotum ignoto latet equore littus:  
 Non secus imbellem conspexit vbi æthere turbam,  
 Chaonias, vacuas volucres se tollere in auras,  
 Accipiter, procul & pennis atq; unguibus acer

Consequi-

Consequitur, captam pedibusq; euiscerat atris :  
 Pars diuersa fuga petit arua, atq; impete raptâ  
 Ignotas penetrat siluas, mœstumq; timorem  
 Testatur gemitu : agresti pars horrida culmo  
 Tecta tenet, tuguriq; latet sub culmine tuto.  
 Atq; ydem dum tenta ruunt, per viscera terra  
 Pugnandos, viam querunt : boas acta tumultu  
 Ingenti, penitusq; vterum concussa, cauernasq;  
 Absiliens velut axe tremit : sublimia diuûm  
 Limina, & educta magnum super athera turres :  
 Impositaeq; altis regales montibus arces  
 Nutant, atq; solo fumantia culmina ponunt.  
 Aut ubi certantum motus per viscera fratrum,  
 Non iam ferre valet, penitus vi terra dehiscens  
 Infernas reserat sedes : & lumine manes  
 Admisso, & trepidant Phlegetontia littora flamma.  
 Rupta qui fundo terra Titanes in imo  
 Voluuntur : magnos membrorum artus, humerosq;  
 Certatim attollunt cælo capita alta ferentes.  
 Arduus imprimis fumantia colla Typhoëus  
 Erigit, eructans flammâs, ventosq; sequaces.  
 Olli ingens latus, extentumq; & pectus anhelum  
 Fulminis afflatum ventis, atq; igne corusco,  
 Ardet agens tortas densa fuligine nubes,  
 Atq; atro tendens prætexit sidera fumo.  
 Et centumgeminus Briareus tot brachia tendens,  
 Et coniurati cælum rescindere fratres :  
 Bella parant, prisicosq; optant renouare tumultus.  
 Iam cælo assurgunt celsi sine nomine montes,  
 Admotus penetrat nubes ad sidera vertex :  
 Quem si Mauortis fax, seu Cyllenius ignis  
 Ruperit, & flammam intentans accenderit atram :  
 Ardebit rursus ceu diro crine Cometes.

Parte alia vis magna rueris erumpit aquai,  
 Parturit, & tellus aluum tumefacta grauatam:  
 Aut cursum fluij mutant, & fluminis alucum:  
 Aut reserans tellus immania guttura fauces  
 Ventre vorat totas vrbes, vestigia nulla  
 Non vlla apparent turres, non tecta, laresq:  
 Cuncta operit, clausoq; tumens sub viscere condit.  
 Adde quod insuetas hiemes, glaciemaq; geluq;  
 Et fœtas niuibus nubes, imbresq;, procellasq;  
 Et ripas super egressos stagnantibus vndis  
 Amnesq; riuosq;, & mista grandine nimbos  
 Saturnusq; senex, & fundit crine Cometes.  
 Infelix latum funda qui verberat amnem,  
 Alta petens, stagnosq; trahit humentia lina:  
 Olli non fluiuium proles, genus omne natantum  
 Extentas pelago replebit pondere nassas.  
 Infelix qui rura colit, qui scindit aratro  
 Tellurem, & suleis anni spem credere tendit:  
 Expectata seges vanis hunc ludet auenis:  
 Surgentes eruca agris populabitur herbas:  
 Ingluuiem pascens obscuro ventre locusta  
 Incumbet violenta satis, atq; agmine facto  
 Demetet arrosos hominumq;, boumq; labores.  
 Sed quis cuncta canat, paucosquis talia versu  
 Explicet? octaua cœli regione Cometes  
 Ardescens? quæ cuncta ferat mortalibus agris:  
 Est locus æthereo quæ sedes fixit Olympo  
 Relligio, regina hominum, regina Deorum,  
 Ioua nata Deo: quam circum sideris ignei  
 Fulgurat, & fundit se lumine splendor aheni:  
 Circumstant dextra solium, leuag; Camæna:  
 Quis iungunt voces varias Charitesq;, Deaq;  
 Mnemosynes nata, & cœlum concentibus implent.

*Has famulas sibi diua legit, Ioua insit, & alii  
 Aetheris esse Deas voluit, diuamq; tueri.  
 Has sedes, hac celsa adeo penetrabilia Diua  
 Obscura liuens inuasit lampade sidus.  
 Fallor an immites miscens incendia flammis  
 Limina celsa Deum templis, arasq; cremabit:  
 Aut odij immanes astus, sub pectore caecas  
 Accendet tadas, Stygio de fomite raptas,  
 Lumine fumantes piceo: quis mutua diri  
 Bella gerant fratres, quis aras cura tueri.  
 Ecce ruunt, monte sq; inuoluunt montibus altis  
 Aethereumq; manu tendunt discindere Olympum:  
 Et vim ferre Dea, moto certamine duro.  
 Stat Ioua cui roseos latus hiscens vulnere fundit  
 Vbertim latices, admixta fluminis vnda.  
 Ille tenens fulmen dextra, iam iamq; minatur  
 Supplicia, atq; atros diris conatibus ignes.  
 At non illa sibi statuit dementia finem  
 Non furor, & dirum rabies inimica Gigantum.  
 Parturiunt celsi montes, iamq; aethera rumpunt  
 Verticibus, superum augusti qua limine templi  
 Diua sedet subnixata ara, solioq; corusco.  
 Qua vim passa virum geminas cum lumine palmas  
 Vnigena tendit genito de vertice patris.  
 At tu Ioua precor tantos compefice tumultus,  
 Disijce congestas moles, & pectora flamma  
 Tunde inimica tibi: quis insidieg, doliq;  
 Et leuis ambitio cordi fucusq;, scelusq;  
 Auri sacra fames, & amor sceleratus habendi,  
 Proxima dehinc scandit metuendo limina crine.  
 Qua sedem fixere, magistratusq;, Decorg;  
 Et quos splendor obit circum caelestis Honores.  
 Hic radijs textum posuit caput, oraq; letho*

Desflagrans : ubi peste premens ignobile vulgus  
 Mortua miscuerit crudelis corpora viuis :  
 Commorit miseros, templisq; arisq; tumultus :  
 Regum atrox sauis inuadet culmina flammis  
 Bella manu lethumq; ferens : quia crimina passi,  
 Criminag, dirumq; nefas impune tulisse  
 Autores scelerum, atq; alios euertere promtos :  
 Sublati quoniam rebus seruare secundis  
 Nesciuere modum : seua oppresere ruina  
 Insones : odys non exaturata quierunt  
 Pectora : non flamma vltrices : dirumue tenacis  
 Inuidie virus : irarumq; indecor estus,  
 Contemptusq; Deum atq; hominum, Phabiq; sororumq; :  
 Extremum Ioua Teutonicis quas munus habere  
 Ceu profugas terris dedit, atq; hic figere sedem  
 Regum presidio tutas : quis nomina fama  
 Celsa ferant, viridi cingentes tempora lauru.  
 Relligio quia passa crucem, quia passa furores  
 Indomitos, & non vlli exaudita Deorum  
 Concilia, & versum fas : nec quis iura, fidemq;  
 Supplicis erubuit : iacet illa, genuq; voluta  
 Poscit opem implorans : Ne cui sit fallere tutum  
 Prætextu alterius : liceat sub vulpe latentes  
 Euoluisse animos, & ferre impune sub auras :  
 Neu quis Christigenum cætus, Verbig; sacрати  
 Arroget imperium, & victis ceruicibus instet  
 Indomitus (namq; haud animi est, & corporis vnum  
 Imperium) ne Ioua suos sibi poscat honores,  
 Et sinem tandem statuat furialibus ausis.  
 Cætera num memorem ? Nam tam sunt multa, loquacem  
 Delassare valent Fabium, si nomina tantum,  
 Haud etiam versu vitium quis ponere formas,  
 Atq; velit mores euoluere, frena tenentum,

*Atq; gubernaculo affixum, per rura, per vrbes,  
 Per populos, maria, & terras, opulentag; regna.  
 Et sunt multa prius versu cantata, nec audet  
 Libera Musa loqui, secretag; ferre sub auras,  
 Accensa superum toties face cœlite flamma,  
 Et posita in medio, vt nobis presaga malorum  
 Pectora pulsarent: in apricum tristia facta  
 Scilicet, & scelerum formas in luce locabunt.  
 Nunc quid fixa ferant, qua presit crine Cometes  
 Sidera dicendum est. Cœlo volat armiger ales,  
 Suscit atq; ignes circumplaudentibus alis:  
 Postera quas iussu Romani secula regis  
 Antinoo dederunt, succensis ignibus aris.  
 Alituum rostro solita est regina cruento  
 Inguibus atq; agitare feras: aut athere celso  
 Chaonias volucres, Phœbeumq; agmina cygnum  
 Sena sequi, & latas sparsisse coloribus alas.  
 Pressa eadem insueti violentis ignibus Astri  
 Venatori Amyco, vastatoriq; ferarum:  
 Qui gruibus pedicas, & retia ponere ceruis,  
 Qui canibus densos soliti circumdare saltus:  
 Aucupio volucres, & turdos fallere visco:  
 Vates qui diuum, Phæbo qui digna locutos,  
 Innocuos sine dente homines, sine felle cruento  
 Exercent odijs, & freti viribus instant:  
 Omnibus his bellum volucris, mala dira minatur.  
 Fallor an Augusto infandos, fax dira, paratus?  
 Atq; hostes, atq; arma feres? bellumq; lacestes?  
 Romanorum aquile quondam per signa volabant,  
 Impia fax cœlo flamma tentare penates  
 Ausa truci, terris quid sanctum, quidue relinquens  
 Intactum, posses rutila decedere flamma?  
 Sed superum stant mole sua rutilantia tecta:*

*Stabit,*

Stabit, & Augusti regnum: nec flamma nocebit,  
Nec Mauors: non falcem imitatus acynaces Hebræ:  
Non si Bactra trahat secum, si sinistra Canopi.  
Antinous vero insidias, & tristia fata  
Criminag, intentat: quos regum corde sub imo  
Arsit amor, magnog, olim dignatus honore est.  
Est lra vocales cuius Dis sub Styge neruos  
Audijt, Eurydicen si vera est fama, sonantem,  
Eurydicen superas moto Plutone sub auras  
Ducentem, Eurydicen letam supera alta tenentem.  
Inferni longè sonuerunt antra barathri,  
Atq, Ixionei admirans rota constitit orbis.  
Sisyphus insidens saxo requieuit acuto:  
Deposita in terras haeserunt Belides urna  
Attonita: stricto sedit securus ab ense  
Tantalus haud metuens dirum inter pocula lethum.  
Quæsitior dira tristem fuligine Minos  
Non mouit quassans: non durior Aeacus urnam:  
Gnosius aut Rhadamantus habens durissima regna.  
Illa igitur modulans cen mulcet sidera cantu  
Harmonie dulcesq, modos, Orpheag, neruis  
Carmina lucidulus, referens cœlestibus Horis.  
Sic animas dij nascentum in luminis auras  
Mitigat, & vinclo concordia pectora nectit:  
Ollis nulla placent rigidi certamina Martis,  
Ireg, insidiag, placet probitasq, modusq,  
Iura, forum, leges, seruant promissa, fidemq,  
Sontibus, & pœnas statuunt, & premia iustis.  
Sed quia falce senex metuendus, crine Cometes  
Tangentes diro pcurrunt pectine chordas:  
Illa canit tristi claro super æthere voce:  
Infamis lethi nodos, tormenta per artus  
Artifici intentata manu, longos cruciatus:

Atq; foro in medio, celsiq; in vertice cliui,  
 Scu surgant tabulata manu, laniata securi  
 Membra graui, & fusum non vno vulnere dextra  
 Carnificis sed mille vix, portisq; cruorem.  
 O vtinam non subiectis incendia flammis,  
 Corpora fixa rogis multorum, atq; ossa cremarent,  
 Atq; animam in fumo longè, & candente fauilla,  
 Ventus agens ferret vacuum per inane volutam.  
 Est etiam Delphin, qui per maria humida nando  
 Carpathium, Libycumq; secat, qui ludit in orbem:  
 Quem cælo voluit sidus lucere Vetustas.  
 Hunc rutilo feriens inuitum stella capillo  
 In furias agit, & flammis exaggerat iras.  
 Ille lacus, & stagna maris, freta concita ventis  
 Tollit, & in puppes agit, & vi mergit aquai.  
 Corpora multa virum rapido vorat aquore vortex.  
 Multos cæca roians vasto super amne vorago  
 Sorbet in abruptum, quos dextra inimica sub undas  
 Præcipitat, vitam effundens sub gurgite vasto.  
 Aduolat extento collo Phæbea volucris  
 Aureolam visura facem, visura Cometen  
 Terribilem superis molem, & mortalibus agris.  
 Que percussa nouæ ferali lumine flamma:  
 Raptores atra in nebula se accingere præde,  
 Abstractasq; boues, abiuratasq; rapinas:  
 Aut etiam nostri fors intra limina tecti  
 Crudeles dextras, & furtiva inimica ministrum  
 Significat, fraudeq; & operta tumescere bella.  
 Atq; eadem pedicas, & dira ergastula monstrat  
 Signa canens, nodosq; informes de trabe necit  
 Aut laqueo, aut ferro crudelis guttura frangit.  
 Quid memorem gemina rutilantem Pegasus ala?

D

Cuius

Cuius ad ora volans, generosi prae petis ignes  
 Suscitāt, atq; acres stimulos sub pectore vertit.  
 Ille furens animis, micat auribus, & tremit artus :  
 Exoptatq; sibi sessorem : curribus altis  
 Quem ferus excutiat sonipes, aut tergo sternat.  
 Hunc quondam Lycia domiturus monstra Chimera  
 Bellerophon superans animis, & pectore magno,  
 Adductum accepit magnum, & memorabile munus,  
 Cecropia iuuenis diuæ dilectus amore.  
 Hæc eadem frenos dedit, aurèis ora lupatis  
 Constrinxit, volucres motus, & prae petis ale  
 Remigium, atq; animos per inania nubila ituros.  
 Felix ille operum, confecta morte Chimera  
 Et domito circum telis victricibus hoste :  
 Elusus sortis specie, vultuq; sereno,  
 Pegaseo cælum scandens impune volatu :  
 Concilio optavit superum consultus adesse,  
 Et veras Iouis aut audire, aut reddere voces.  
 Ah hominem elatos nimium rumore secundo,  
 Immemoresq; animos rerum, sortisq; futura.  
 Sic etiam vires supra, sortemq; iuuentæ  
 Infelix Phaëthon currus auriga paterni :  
 Ambustum accendit flammis erepitantibus orbem.  
 At genitor Glaucō natum turbavit ab alto  
 Aethere, Pegaseæ nec sustinuerē cadentem  
 De cælo pennæ : quin fracto crure, soloq;  
 Afflictus, stulti descevit pectoris ausus.  
 Eheu quid vacuum sumtis super æthera pennis  
 Contendens moliris iter ? fastuq; superbo  
 Elatus supra tre homines, supra ire tonantem  
 Immodicis inhias animis ? nec fastq; piung,  
 Bellerophonta tenent, sed inexorabilis ardes ?

Tunc regas currum portantem lucida Solis  
 Lumina, purpureoq<sub>3</sub> Iouam super axe micantem :  
 Aut gemina euectum cæli super ardua penna  
 Pegasus : & Christo sacra, atq<sub>3</sub> artibus ala ?  
 Aspice flamma ruens violenti sideris, igne  
 Est aggressa ferum, atq<sub>3</sub> ausa atrectare iacentem :  
 Aspice fax extincta iacet : ferus ardua colla  
 Arrexitq<sub>3</sub> caput quadrupes : quo foderat olins  
 Calce Medusæum fontem, rorante Cometen  
 Percutiens rapidos extinxit fortiter ignes.  
 Sic quicumq<sub>3</sub> audes nimium, sortisq<sub>3</sub> Deûmq<sub>3</sub>  
 Inmemor : & bellum Musis facis, oraq<sub>3</sub> Vatum  
 Igne domas seuus, gladiosq<sub>3</sub> & vincula minaris :  
 Extinguere miser, tumulto aut ruet arida puluis,  
 Effera vis animi aut vacuas longè ibit in auras  
 Tentabunt multi superas impune per auras  
 Ire viam, atq<sub>3</sub> graues moliri mente tumultus,  
 Irrequieti animis, cupidi rebusq<sub>3</sub> nouandis:  
 Incassum at sacra templa Deûmq<sub>3</sub>, & regna mouebunt.  
 Sed rerum toties motos compefcere fluctus  
 Hoc virtutis opus : Tu frenos Palladis aureôs,  
 Suffice tu vires, animos tu Ioua ministra.  
 Hæc super igne nouo, super accensa face cælo  
 Vramie dictans cecinit dea nata Tonante :  
 Accipite hæc, animis diua atq<sub>3</sub> hæc figite dicta :  
 Ne u flammas cælo positas, per inane volantes,  
 Quas Deus esse sui voluit monumenta furoris  
 Accensi, super insano miscente tumultu  
 Fanda nefanda hominum, seuo permista furore :  
 Ne u doctas patulis solitas exponere cartis  
 Et rutilum longa sidus signare papyro,  
 Artes, ne pueri cælestia temnite dona.

D 2

Vidi

Vidi equidem nostra nuper vernacula lingua  
 Edita, scripta feram, an raptæ conuicia mentis :  
 Cui neq; mos, neq; cultus inest. Quis talia fando  
 Ausus inops animi, clara dum luce micantes  
 Luminibus geminis gaudens Germania vidit,  
 Artesq; linguasq; & sacri lampada Verbi?  
 Pro se quisq; viri cætum statuere professum  
 Iura Iouæ, tanto concessis munere diuûm  
 Auxilijs nunquam vacuum, indoctumue fuisse.  
 Hæc ego si prima repetens ab origine pergam  
 Exposuisse tibi (non ausim namq; negare)  
 Autorem nostri generis, primûmq; parentem  
 Terrigenam dicam: post diuûm iussa parentis,  
 Dum sedet atq; graues solatur pectoris æstus:  
 Hæc natos docuisse senem, turbamq; nepotum.  
 Turba virûm admirans, circumspectatq; docentem  
 Imbellem senio, pendetq; loquentis ab ore.  
 An memorem Noam, prima per carala naui  
 Vectum ape, seruatumq; Iouæ? num nomina Vatum  
 Pristorum, inspirata canam num numine corda?  
 Num veteres referam Graios, referamne Latinos?  
 Ergo tu solus, tanta est fiducia cæpto  
 Bella paras, dentemq; acuis, & munera mordēs  
 Immodicus superûm: te presultore vocata  
 Barbaries nostras inuadet pristina gentes.  
 Scilicet hoc lapsis verum est succurrere rebus,  
 Sic instaurati surgunt è puluere ludi:  
 Sic doctrina adeo nitidum caput auricomus Sol  
 Exerit, & puro defecat lumina vultu.  
 Ne pueri, ne tanta animis assuescite bella.  
 Namq; huic tempus erit magno cum optauerit emtum  
 Intactum sidus, & cum verba ista, diemq;

Oderit

Oderit. At vos ingenijs & carmine docto  
Ferte sacras cælo, superùm pulcerrima dona,  
Artesq;, Musasq;, virùm præclara reperta,  
Sidera quîs Ioua nosse dedit, cæliq;, meatus  
Occultos: fatuo rumpantur ut ilia Codro.

Hec dum nostra canit, Melcero dona paraba  
Musa, refert: docta si non properata papyro  
At multo imprimis nobis sudata labore.  
Namq;, vias superùm, cæli septemplicis orbis  
Sideraq;, & tacitos lapsus: quò stella receptans  
Purpureos ignes, quid terris dira minetur  
Quidue probet: superùm congressus, fataq;, cæli  
Quis memorans magna dixit cum laude disertus?  
Accipe lata parum, sed lata perlege fronte  
Fatag;, fortunâsq;, hominum, quas pandit Olympo  
Falciferi fax atra senis: Nam vertere retro  
Fata queunt, rursum in solido & fortuna locare:  
Ioua volet si forte, potens fatig;, hominumq;.  
Ad vitrei mecum quondam tu flumina Nisî  
Ludebas, docta modulatus arundine carmen:  
Atq;, equidem memini, stupefacta carmine lympha  
Nisîades, retro latices & flumen agebant:  
Mirata puerum, & crescentem in carmina Vatem.  
Hinc nos digressos limoso margine ripæ,  
Assuetus numeris vidit Philyraus Elister.  
Odra nos eadem, quâ serpit, castra secutos  
Detinuit, longos condentes carmine soles:  
pendentes vel ab ore sacro præclara docentum.  
At non, purus aqua, tenuit nos Albis eodem  
Tempore: sed tenuit diuina vocæ Philippi.  
Ille canit, sacro soluens de pectore cantus:

D 3

Quos

*Quos si terra premat, scurrarum nescia Veri  
 Turba paret tenuis flamma crepitante papyrus  
 Vrere, & abicctas densis tumulare tenebris :  
 At calami ethereas rupta tellure, sub auras  
 Surgentes, tacito resonabunt murmure cantus,  
 Suppositasq; solo voces, oppressaq; verba.  
 Vltor erit Ioua, nec scurras hoc crimine soluet.  
 Nunc nos patria habet : scriptum te curia patrem,  
 Me noster longo sudantem in puluere ludus.  
 Accipe laureolum Musarum pollice fertum,  
 Quod dare ludus habet : nomen de puluere doctus  
 Tollere, & alta virum Victor te ferre per ora.*

Ἰωαχείμῳ τῷ Μαΐσωρῳ,  
 ἐκ τῶν τῶν Γαβριουαίων ἡγεμόνι ποικιλοτάτῳ,  
 πολλά χαίρειν.

Φεῦ τῆς δυσθεΐνης : φοβερῶν κερωσμένων ἄστρον  
 ἀκτίνων, ψυδὲς ἡλῆ ἀνάστρον, ἀγχινοτοιο  
 ἢρι ἡλῆ ἐσπείρον μετανίσταται ἀγοκρηθῶ :  
 ἄλλοθι ἡελίω ἀντελλορ ἢ ἄλλοθι δῶν :  
 λόξω ἐν ἀθροία κύκλω κυνοσσειδῶ ἄρκτα.  
 μεσῶθι ἢ εἶθον μέγαρ οὐρανον : ἢ χίπρ ἄστρα  
 κεντινὸς προσωάροθι ἀπυθεθῶ εἰδῶλοιο :  
 ἡλῆ προτέρω χαλεπῶ ἄλῶς ἐξεθόντῶ ἀκτῶ.  
 ἀσῶτόρορ βορέω : δελφίνῶ τῷ ἡορόεντῶ,  
 τήρεα τῷ ἐκφῶγορ ἔπειτῶ πῆροεντῶ οἰσῶ :  
 ἢφι μάλα ἔρχασθαι πρὸς εἰνάστρον ἴδρον ἵππορ :  
 ὅς τύψας πλκῆμῳ προτόρῶ ποδῶς, ἀθροον ὑδῶς  
 ἐξέχυτο, κερκῆμ ἵππορ, πκῆμ ἑλικῶνθῶ.  
 Σκέπητο, μηδὲ φοβῶ τὰ πετύμῆνα σήματα ρησῶ.  
 ἄστρα διακρίνωι, ἢ ψευδῆ τείρεα ρησῶς.  
 ἢπιθῶ ἀνθρώποις σημάων δέξια πάντα

ἔωσέβεισθι,

ἔυσθεῖεσσι, λέγωμ δ' ἰ ἀγάλαματ' ἄσφοδ' ἔες:  
μελιχίαιε τ' ἐκέλευσε φέρειμ σοὶ πᾶσαι ἀοιδήμ,  
ἔτηλ' ἄ μῦσαιε πηγῆμ ἐλικῶν' ἐχούσαιε:  
ἔπιχομῶν' ἐπιπῆμ δ' ὕσαιε δ' ἦνοῖο πελώρσε  
ἀντολίας τε: χορ' ἄ μῦσαιε, ἰσαχίμει,  
τῶν ἐλιτωνιάδων ἀγνὸν βλάσημα, μαίσεωρ.

Σκέπτεο, μηδὲ φοβῆ μὲγα δαῦμα: εὐελδέεσ ὕδωρ  
ἴππεσ φέραινεὶ πῆε κρήνηε ἀνὸν ἀγάλαμα:  
ἴππεῖν κεφαλή κέρφε κρητῶντα φίλιππομ:  
καὶ σὺ φημῶσ' πολύφωνομ μῦσαιε κορώνημ,  
φοῖθε χορ' ἄ τῶ Γωρλισαῖε ἰσαχίμει.  
χαίρετε πιδρίδες, πεκμήσατε πᾶσαι ἀοιδήμ:  
ἦν καλῶν πεγαῖε κομοωμ ἀποτίνυ' ἄσηε.

σοὶ δ' ἦ

ὁ Δαφνίτικε

λαῶ ἔβ' ὁμῶντομ' οἴκηε



1 tabl.

14 II 2005v

07

